



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo diuersis liquoribus immersum scriptum legi possit. Cap. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

*Quomodo diuersis liquoribus immersum scriptum legi possit. CAP. I.*

**M**ULTI & penè infiniti sunt scribendi modi, qui quum necessaria descripta habeant, notè inconspicuæ sunt, nec unquam visibiles sunt, nisi aquis mersæ, aut igni expositæ, vel pulueribus tactæ, aut adfricatæ fuerint. Incipiemus ab ijs, quæ liquoribus immersæ legantur. Si igitur

*Literæ delitescentes conspiciantur, & conspicuæ delitescant*

Optabis: Fatiscat vitriolum ardenti aqua, solutum tantisper penicillo colabis, quo usque clarescat aqua, eo liquore papyro literas duces, quibus sic crescentibus, celantur. Porrò combustam paleam ex aceto triturabis, & quæ sumus scripturi in priorū interstitio versuum latè describito. Omphacitis inde galla albo vino decoquatur, madeat eo liquore spongia, & quum necesse erit, leniter super papyrus detergedo, eousq; literas madefaciendo, donec vernacula nobis color ater obliteratus delitescit, pristinus vero inuisibilis refricatus nobis fieri conspicuus. Nunc subiungemus, quibus

*Liquoribus cartam immergendo literæ conspicuæ fiunt.*

Vt diximus chalcanthum in aqua soluatur: mox conterto tenuiter gallas, & aquis mergito, & sic immortentur per diem naturalem: extilla per linteum, vel penicillum, vt clarescat aqua, & eiusmodi supra papyrus literas exara quicquid occultatū velis, & mitte absenti, quum eas conspicuas velis, primo liquore immerge, & illico literæ conspicuæ fiunt. Vt

*Aqua linteum immergendo note appareant.*

Soluatur in aqua alumén, & hæc literas exarato super album linteum, interulas, sudariolum, & similia, nam ubi resiccatæ fuerint, penitus evanescunt. Vbi eas visibiles fieri velis, aquis mergito, & linteum obscurari vi-

Mm

debitur, nisi ubi alumen delineatum fuerit: unde literæ adeo conspicuæ fiunt, ut optimè legi possint, nam ubi alumen, chalcanthum, aut omnia adstringentia soluta fuerint, tardius aquam admittunt. Sic

*Literæ lacteæ fiunt aqua.*

Lithargyrum primo teritur, & in fisticile aquam continens cum aceto conijcies, decoquitur, & decoctum per colum traiecto, & seruato, inde limonis succo, citrigeri generis, literas exarato, iam siccescientibus abduntur. Si seruato liquore immerseris, lacteas, & conspicuas videbis. Si mulieris vbera, vel manus ea madeant, & praedito liquore sparseris, lacte resudabunt: vtitor, si inops a liquando corum fueris. Si vis

*Lapis aceto mersus literas demonstrat.*

Hirci adipe supra lapidem literas exarabis, resliccate in conspicuæ prorsus. Si lapis aceto demergatur, prodeunt illico, & foris quasi superextantes eminebunt. Si autem absoluta aqua scribedo literas nigrescere iubes, vt gnuuius, expeditiusq; itineribus accingaris. Gallas & chalcanthum subtiliter pinsito, inde puluerem chartæ inspergito, panno fricato, recteque expolito. Ut sit chartæ concolor, & pertinacius inhæreat, contundito iuniperi gummi, quod scriptoribus vernigo dicitur, addaturque reliquis, quum vñu venerit, aqua, vel saliuia scribito, & nigrescunt, ijsq; simillimæ eueniunt technæ, quas per longum effet narrare.

*Quomodo igne literæ visibiles fiunt. CAP. II.*

**D**ICEMVS modos, quibus literæ non nisi igne visibiles fiunt, vel non nisi lumine interposito, aut combustæ legi possint. At reddere

*Literas igne visibiles,*

Sic possumus, & literas in carminum intercedinibus, & syllabarum coagmētis & distantijs protrahere. Contineat epistola inane quippiam, vt in conditè putent possitas literas, & si intercepta fuerit epistola, ægerimè legatur. Si citrij, medici mali, cæpæ, aut omnium ferè acridium succo descripseris, si igni inferueris, corum acrimonia